

2507

C O D I C E S

2508

DCLXI.

540 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 177. 4. currente calamo a diversis conscriptus sequentia complectitur : I. Compendium Summae Raymundi de Pennaforti O. P. Initium: *Iuxta distinctiones Sumule Raymundi utiliora quedam excerpta clericis simplicibus quibus non vacat magis legere in hoc opusculo proponuntur, non quidem eo processu quo ibi sed primum de sacramentis ecclesiasticis. Secundo de quibusdam necessariis ad regimen animarum. Obmittam quoque canonum allegaciones causa brevitatis et quia credere oportet addiscentes. &c. Itaque Partib. II. et Capp. XII. Materiam Sacramentorum, Excommunicationis et Interdicti, deque Festiuitatibus et Sepultura pertractat. Ad calcem minio: *Explicit sumula bona et utilis excerpta ex summa Reymundi et ex Decretalibus.* Mentio e-*

*Vos qui sub Christo mundo certatis in isto
Discite virtutum confictus et viciorum.*

Item Elenchi duo in Summas Raymundi de Pennaforti.

IV. fol. 34. p. 2. Incipit Summa de foro penitentiali valde necessaria et utilis maxime Sacerdotibus Curatis Composita per reuerendum patrem Berengarium quondam episcopum Tuscolanen. Berengarius iste non Stedellus, ut quidam Codicum vitio legerunt, sed Fredoli, ut conspirant Ciaconius in *Vit. Pontiff.* et *Cardd.* T. II. col. 373. et Baluzius in *Vit. Pappar. Avenion.* T

jusmodi Compendiorum in *Scriptt. Ord. Praed.* T. I. p. 109.

II. fol. 26. p. 2. *Concordia in articulis fidei in dictis prophetarum et apostolorum.* Cuius Articulo Symboli adponitur Dictum *παρολληλον* alicujus Prophetae. Ita: *Ieremias. Patrem vocabitis qui fecit celum et terram. Petrus. Credo in Deum patrem omnipotentem. &c.* Adscriptae sunt *Formulae* quaedam *Epistolares* salutandi, et prima quidem ad *Urbanum VI.* anno 1389. extinctum. Item *Sententiae* et *Dicta* quorundam veterum Sapientum levis pretii.

III. fol. 29. p. 2. *Academiae Parisinae Literae ad Concilium Constant.* quae incipiunt: *Egregiis viris — Pacis Zelus sancte fidei &c.* ad unionem hortantur et editae sunt ab *Herm. v. d. Hardt ABo-*rum T. IV. p. 123. Rursum his adscripti Tituli fictitii *Soldani* et Regis *Babilonie* et metricum Certamen Virtutum et Vitiorum hoc ingressu:

I. p. 631. ortus e Castro de *Veruna* non procul *Montepessulano* ab *Episcopatu Biterrensi* promotus ad *Tusculanum* et Cardinalatum, praefectusque *Poenitentiariae* usque ad an. mortis 1323. multa gessit, variaque scripsit, quae refert *Baluzius cit.* excepta *Summa* nostra, quam unacum *Ciaconio* ignorasse videtur. Novit eam nominatenus *Fabricius Bibl. med. Lat.*

Lat. L. II. p. 214. ideoque perperam eam cum Nostri Elucidario Summæ *Hofstiensis* seu *Oculo* confudit. Praeluxit illa *Antonini Flor. Andreae Hisp. Bartholomaei de Chaymis &c. Confessionalibus*, estque hujus initii: *Inprimis debet interrogare sacerdos penitentem, utrum sciat pater noster, Credo in deum, Ave Maria &c.* Atque ita deinceps exponuntur omnia Homini Christiani in diversis Vitae generibus officia, adjungunturque in fine quaedam e *Summa Raymundi*, ad quorum calcem: *Explicit summa Berengarii Episcopi Tuscolanen. per manus Nicolai presbiteri Anno XXI^{mo}.*

V. fol. 75. *Incipit Benedictio Auri mirre et thuris.* Ita quidem: *Suscipe sancte pater a me indigno famulo tuo hec munera &c.* In Exorcismis varia Dei ex Hebraeo, Graecoque corrupta nomina, multaque alia superstitiosa occurrunt.

VI. fol. 78. praemissis *Capitum XLVI.* argumentis sequitur *Historia trium Regum*, cujus Prologus incipit: *Cum venerandissimorum trium magorum ymo verius trium regum gloriosissimorum &c.* Opus ipsum: *Patria istorum trium regum a prophecya balaam &c.* Commentum istud fabulis scatens autorem habet *Jobannem Hildensensem* O. Carm. qui teste *Tritheimio* in *Script. Eccl. n. 648.* et in *Catal. illustr. Germ. fol. 30.* claruit circa an. 1360 — 70. laboremque suum *Florentio de Wevelkoven* Ep. *Monasterien.* dicavit, qui cum an. 1379. ad sedem *Ultrajectinam* transiverit, de Scri-

ptionis tempore conjectura fieri potest. Nuncupationem hanc tacet *Codex* noster; constat vero de illa ex editione principe Operis curata per *Joh. Guldenschaff de Maguncia* 1477. f. quae mihi obiacet, e qua cum latinae, tum in alias linguas translatae Editiones complures profectae sunt Sec. XV. quarum Catalogum texere non foret difficile. Ad finem Exempli nostri habes: *Explicit Anno Domini M^o. (400) XI^o. et sabbato ante festum Marie Magdalene.*

VII. fol. 138. *Incipit tractatus super missam magistri Hainrici de Hassia.* Initium: *Quam brevis fuerit missa et verbis et ceremonijs quando christus celebrando sacramentum eucharistie instituit &c.* iam indicatus pluries.

VIII. fol. 154. p. 2. *Incipiunt Decem precepta secundum quod b. Augustinus ea exposuit.* Initium: *Sapiens est, qui scit dampnum suum precauere &c.* *Simpliculus* Compiler ab *Augustino* sibi autoritatem quaerens mox in expositione *Praecepti I.* fabulam narrat de *Ranagenam* vini veneno inficiente, que contigit in VII. castris in una ciuitate que *Hermannii villa* (*Hermannstadt*) nuncupatur, temporibus *beati Augustini.* Adscriptus est *Modus absolucionis excommunicationis diebus Dominicis IIII. temporum in ambone super populum.*

IX. fol. 169. p. 2. *Collectanea* quaedam breviora. 1^o. *Casus qui in celebratione missae possunt accidere.* Prout habentur in multis Missalibus antiquioribus. 2^o. *Legenda undecim milium virginum,*

de Morte Cujusdam iis devoti. 3°. *E Sermone Nicolai de Dünckelspühl habito Viennae in ecclesia beati Stephani, quo probatur in Missa Praesantificatorum feria 6. Parasceves Sacerdotem sumere Eucharistiam sub una duntaxat specie; vinum vero immissa in calicem particula non converti in sanguinem.* 4°. Contra usum in Ecclesiis suspendendi *bannera, clipeos et galeas cum alijs instrumentis bellicosus. Videmus enim manifeste cum iam nobiles et curiales ingrediuntur ecclesias et vident arma, statim se ad ea conuertunt et discutiunt per singula facientes de hijs confabulaciones plurimas &c.* Item contra frequentes in Ecclesiis Sepulturas. Locus totus lectu dignus. 5°. *Contra illos qui de vsuris et alijs rebus male acquisitis ecclesias edificant. &c.*

DCLXII.

481 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. bohem. Sec.

Quedam longauis non inscius et breuius,

ut ipse ait in Prooemio fol. 6. edit. *Argent. per Joan. Knoblauch 1518.* 4. *Quetiso, Caveo et Fabricio ignota, quae mihi objacet. Est illa prolixo instructa Commentario, cujus Autor ita non est Adamus ille Metrifex, ut ne quidem de Adamo aliquid compertum habuisse videatur. Postquam enim fol. 2. dixisset, Raymundum ipsum esse Compilatorem hujus Summulae, subjungit: Sed aliqui alij dicunt quod Raymundus hanc sum-*

XIV. et XV. Folior. 260. 4. calamo currente et diverso perscriptus complectitur Sequentia: I. Sine Titulo Commentaria in *Summam Pauperum*, Sec. XIV. in membr. usque ad fol. 45. deinceps in charta exarata. Est vero *Summa Pauperum* alio nomine *Summa* vel *Summula Raymundi*, vel ad nomen istud adludendo *Radius Mundi* Compendium Metricum *Summae de Poenitentia et Matrimonio Raymundi de Peniaforti Barcinonens.* O. P. noti illius sub Gregorio IX. *Decretalium* Compilatoris, an. 1275. defuncti. Verificatorem hujus Compendii *Quetifus* et *Echardus* in *Scriptt. Ord. Praed.* T. I. p. 734. et T. II. p. 821. statuunt e fide *Cod. ms.* et editionis *Parif.* 1494. 4. Fratrem quendam *Adamum Teutonem* sui ordinis, qui tamen Poetarum usus privilegio et ordinem *Summae Raymundinae* invertit, et quaedam de suo addidit.

mulam non fecit, sed fecit quandam magnam summam prosaicam. ex qua quidam versificator hanc summulam extraxit. E quo et illud inferre licet, Adamum diu ante Commentatorem vixisse, et fortasse ipso Raymundi Seculo. Id quod et Codex noster Sec. XIV. scriptus confirmat. Est vero Commentarius, quem is exhibet, prorsus ab edito, de quo haecenus diximus, diversus, ut adeo Summa Pauperum duplici expositione gaudeat,